



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 11. Quæ è factus, & narratâ Hiltgardis fortuna documenta capiantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

rationē habet, ut juxta eam poſſit veritas ma-
nifeſtari. Reſerunt ſeculares, virum quemdā
fuiſſe, ut quoties beneficio virium ſuarum deſti-
tutus, amicam & nutricem terram impulſu ad-
uerſarij cōtigiffet, de ſolo ſurgens magis in aduer-
ſarium prævaleret; & ſic occaſio proſtrati occaſio
ſiebat triumphi. Dabat infirmitas fortitudinē,
lapſus palmam, ruina victoriā. Cui hæc con-
uenient, niſi Chriſto, qui ad hoc cecidit, ut glorio-
ſior reſurgeret? Hæc D. Ambroſius. Licet er-
go pari modo ſiue hiftoriam, ſiue fabulam
Hiltegardis etiam nobis ad mores accom-
modare.

§. XI.

*Qua è factis & narratâ Hiltgardis fortunâ
documenta capiantur?*

Ac ſanè multa inde hauriri poſſunt do-
cumenta. 1. Etiam magnatibus ſuas cru-
ces, ſuaſq; ærumnas eſſe; vt inde humilien-
tur. Immò quò quiſque eſt maior ac poten-
tior, eò magis patet ad ictus Fortunæ exci-
piendos. 2. Hinc ſolatium eſt minorum,
gentium hominibus, ſi videant etiam Prin-
cipibus, Regibus, Imperatoribus ſuos eſſe
caſus, ſeq; tantos ſocios habere miſeriarū.
3. Monentur Principes, vt videant, cui
fidant. Talandus cognatus fuit Caroli Ma-
gni,

gni, nec tamen fidus fuit. Nimirum *fratres*
quoque gratia rara. 4. Si tantus Princeps,
 Si cognatus Cæsaris non fuit fidus custos ca-
 stitatis, quid mirum est alios quoq; esse eius-
 dem virtutis insidiatores? Dolendum, heu
 sanguineis lachrymis deplorandū est, quod
 multi pædagogi, multi Parochi, multi Pa-
 stores; pueros suos, subditos suos, oves suas
 ad scelus sollicitent! quasi primis stipendiis
 secundis beneficium; tertijs merces detur,
 vt animas ducant ad Infernum. 5. Disci-
 mus nullam feminis esse excusationem, si
 sinant allici, & in fornicationes, adulteria,
 incestus consentiant. Hiltgardem habent
 Hiltgardem imitentur, & decipere volen-
 tes bono dolo decipiant. Ad hoc à natura
 astutiam acceperunt, vt astum malum, bo-
 no illudant; non vt maritos suos decipiant.
 6. Ex his gestis intelligimus iudicia Dei, &
mirabilia opera Altissimi. Sinit innocentes
 pati; sinit honestissimos infamari; sinit ca-
 stissimos turpissimis calumnijs infamari; si-
 nit morti adiudicari vita dignos. Sic eorū
 Sap. 3. 6. expolit, sic *tamquam aurum in fornace pre-*
bat; sic ad maiorem gloriam atque honorem
 promouet. Quis enim dubitet, Hiltgardem
 receptam, quàm primò acceptam Impera-
 tori

Eccli. 11.

4.

Sap. 3. 6.

tori fuisse longè chariorem honoratiorem-
que? Et debebat utique Carolus hanc illi
compensationem. Vno verbo, Hiltgardis
nulla alia re *Sancta* nomen magis potuit
mereri, quàm patienti fortiq̃ue exantlatio-
ne tantæ calamitatis. 7. Quod maximè
spectat historia, discant hinc falsi delato-
res, quale eos maneat præmium suæ ac-
cusationis. Ad tempus nocere possunt, cum
tempore profunt, & exaltant, quos depri-
mere voluerunt: ac per quod ipsi volue-
runt emergere, per illud ipsum tandem in-
paria, immò maiora mala deiiciuntur. Ve-
rè enim dictum est: *Iudicabit pauperes po- Psal. 72*
puli, & saluos faciet filios pauperum: & humi- 4.
liabit calumniatorem.

§. XII.

*Nottonis calumnia in authorem diuinitas
relapsa.*

Cuius rei manifestum paradigma etiam Ven. Be-
Venerabilis Beda de S. Arnolfo Episcopo da. tom. 3.
his verbis narrat. *Quidam homo scelestus no- in vita S.
mine Notto, ausus est irrogare cum complicibus Arnolfi,*
suus episcopo sancto iniuriam, asserens scilicet,
eum non esse cultorem Dei, sed potius hominem
deditum voluptati: ad cuius lectum nocturnis
horis, non solum rex, verum etiam regina,

L 3

tam-